

dei præparatione, ut ad cerevisiæ coctionem aptum evadat, hunc in finem suscipitur labor, ut Salia Hordei Alcali & acidum s. Sulphur (quæ hic synonymorum rationem habere liceat, statim enim omnis circa hanc rem dubitatio solvetur: quando particulas istas sulphureas conflagrabiles; acidas esse, evidenter demonstraverimus) ritè solvantur, quò deinde coctione in aqua communi tantò promptius misceri, ac cerevisiam constituere possint.

Hunc in finem hordeum aquâ comuni, maceratur dies tres circiter vel quatuor, donec intumescere incipiat, quod signum est, particulas Alcalicas & sulphureas jam esse solutas ac in se invicem agere cœpisse. Postea tumentia hæc hordei grana in acervos congeruntur. Ita expergefactus *motor, calidum seminis innatum, Acidum in Alcali agit atq; hoc in Acidum & creditas sibi seminales hordei Ideas movere incipiunt & explicare, ut hordeum germinare incipiat.* Hic verò notandum, quod in illa particularum mutua actione, magna jactura fiat & particularum in surculos abeuntium & earum quæ sensim exha-

exha-